

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne I.U.D. &  
Prof. Ad Exequias Quas ... M. Petro Stappenbeccio, Civi & Praefecto templi  
Jacobaei laudatissimo Vidua maestissima paratas cupit Omnes omnium ordinum  
Cives Academicos amanter invitat : [P.P. ad d. III. lunii anno recuperatae gratiae  
MDCLI.]**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774675292>

Druck    Freier  Zugang



Rahne, H.,  
in

P. Stappenbeck.

Rostock, 1651.

35









# PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RAHNE

J. U. D. & Prof.

Ad Exequias

Quis

VIRO

Eruditissimo Spectatissimoq;

M. PETRO STAP-  
PENBEGGIO,

Civi & Praefecto templi Jacobæi  
laudatissimo

Vidua mæstissima

paratus cupit

Omnes omnium ordinum Cives Acad-  
emicos amanter invitati.

• 6(0) •

ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LI.

82

БИБЛІОТЕКА  
Імператорської Академії  
ГІНДІЕВІ ПІДПІН  
ТОВАРІСТВА  
Імператорської Академії  
НАУК  
ІМЕНІ ПІДПІН  
Імператорської Академії  
Наук  
Імператорської Академії  
Наук

Q UOD MINATUS HACTENUS EST,

 id verò expatravit tandem vir præstantissimus doctissimusq; M. PETRUS STAPPENBECK / dubiumq;  
hunc vitæ mimum delusit tandem,

abiitque

*Illuc, unde negant redire quenquam.*

De quo, CIVES NOSTRI, ut rectius vobis constet, tenendum est, eum natum esse Stralsundi anno cl<sup>o</sup> Ioc XVI d. XIX. Augusti ex honestissimis Parentibus; Patre viro plurimum reverendo atq; doctissimo M. ARNOLDO STAPPENBECCIO Superintendentē & Ecclesiæ apud Stralsundenses Jacobæ & Pastore vigilantissimo meritiſſimoq; matre CATHARINA Verens/ fœmina optimâ. Avum paternum habuit PETRUM Stappenbeck/ p̄storem ejus loci, virum integerimum; aviam paternam ANNAM Renicken. Avus maternus ei fuit JOANNES Verens/ Civis ac cerevisarius apud Stralsundenses spectatissimus; avia materna MARTHA Eilen/ matrona singularis exempli. Literis mature traditus, rudimenta in schola patria fecit. Cum Parens ejus anno cl<sup>o</sup> Ioc XXIX. d. X. Augusti ē vivis decessisset, apud matrem viduam.

commoratus est tantisper, donec consilio pro-  
pinorum Wismatiā studiorum gratiā aman-  
daretur. Ubi conatibus maximis & omni con-  
tentione nervorum sub eruditissimo clarissimo  
que M. NIGRINO Scholae istius Rectore tum-  
temporis dignissimo id unicè egit, ut Deum, ut  
præceptores coleret, amaret, ac pro ingenio,  
quod ei amœnum contigerat ac elegans, studia  
sua diligenter haberet. Heic cum annos quinq;  
exegisset, in nostram Academiam vigesimo æta-  
tis suæ anno venit, ubi nihil mutavit ab antiquo  
suo, sed ita se semper gessit, ut probari ab omni-  
bus, nemine justè culpari mereretur. Studiorum  
enī in Collegiis tam publicis quam privatis di-  
ligens erat, nullamq; unquam occasionem di-  
scendi prætermittebat. Ad hoc præceptores de-  
bitā observantiā colebat usq;, Commilitonibus  
verò suis suaviter concorditerq; convivebat. Per-  
acto sesquianno, ob decumanos illos belli flu-  
ctus, quorum meminisse horret animus, domum  
revocatus est, ubi aliquantisper hæsit, donec in  
Academiam Regiomontanam instinctu & mo-  
nitu Suorum excurreret. Cumq; isthic locorum  
pestilentia gravis incidisset, discedere coactus  
iterum fuit, nostrumq; in Rosetum rediit, in quo  
cum anno 1642. d. 8. Decemb. publicum Philo-  
sophicæ eruditionis, quam sibi comparaverat, te-  
stimo-

stimoniū, laureām Magisterii impetrasset, in  
Theologiæ studia se totum dedit, atq; in eo ge-  
nere & sedulò se exercuit, & multū profecit.  
Philosophica pariter atq; Theologica specimina  
tām disputando quām concionando publicē lu-  
culenta heic edidit, eaq; tractavit, quāe me-  
liorum plausum facile' consequuntur. Matre  
mortuā domum vocatus, & ipse malē habere cœ-  
pit. Cumq; languores & infirmitates corporis  
magis indies magisque augmentum sumerent,  
consilio medicorum iter aliquod valetudinis  
gratiā suscipere decrevit. Anno igitur cl̄ loc  
XLVI. in Poloniā & Borussiā concessit, &  
Iustratis nobilioribus plerisq; urbibus Thorun-  
niū tandem se contulit, ut quāe in colloquio il-  
lo tempore habitō agerentur coram curatiō ob-  
servaret. Inde ad nos denuō rediit, Deoq; ita  
disponente & volente, anno cl̄ loc XLVI. d. XV.  
Aprilis, legitimis nuptiis in matrimonium sibi  
junxit lectissimam & florentissimam virginem.  
**ANNA M.**, viri Prudentissimi ac Spectatissimi  
**MICHAELIS Laffrenzen** / Senatoris in hac Re-  
pub. gravissimi filiam. Quicum hactenus eā con-  
cordiā, eā conjunctione animi vixit, quanta o-  
ptari unquam votis, & non nisi ab absolutissimā  
laudis conjugibus præstari potest. Putasse, u-

nam mentem in duobus divisam fuisse. Magnum  
equidem & unicum maritorum bonum, ex quo  
non tantum ad ipsos maximus modus gaudii, sed  
& cognatos amicosq; redundat. Ita enim & U-  
lysses, apud Poëtarum, imò & Sapientum prin-  
cipem, Homerum ait :

— mil pulchrius est meliusq;

Quād cūm vir mulierq; suā concorditer unā  
Ætatem degunt. in quo dolor hostib; horum,  
Sed sit gaudium amicis.

Liberos sustulit IV, & quidem anno cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup>  
**XLVII.** d. XXII. Augusti, filiolam **ANNAM**  
**CATHARINAM**: anno dehinc cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> XLIX.  
d. IV & V. Aprilis **ARENDEN** & **MICHAELEM**  
gemellos, qui verò jam olim rebus humanis ex-  
cesserunt, & præivre patrem. An. cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> L. ite-  
rum filiolum, cui nomen **P E T R I** inditum fuit.  
Conjugium felix & fœcundum & per ipsum quin-  
quennium, aut quod excurrit. Corpus, uti dixi-  
mus, aliquot abhinc annis, circumgestavit cauf-  
sarium, & quanquam Medicorum auxilia adhi-  
berentur, ab ineunte tamen hoc anno infirma-  
tes, quibus obnoxius erat, adeò invaluēre, ut ne  
pedem extra domum efferre potuerit. Cūm itaq;  
videret, sibi diuturniorem in vita moram esse  
non posse, id præcipue studuit, ut rectè morere-  
tur.

tur Quâ in re ut magnum momentum positum est, ita frigidè equidem tractari non debet. Nemo enim nisi semel moritur. Atq; idcirkò cāendum diligentius est, ne quid erroris ac hallucinationis interveniat, cùm id deinceps emendari non possit. Accersito itaq; ministro verbi confessus seriò dolorem suum est, quem intra animum de malè commissis conceperat. Firmatus deinde sacrī oraculis, & dape cālesti refocillatus, totum ad obeundum fatum ultimum præsenti animo sese accinxit. Die XXX. Maji circa horam octavam matutinam placidè pieq; diem suum obiit. Per tēsus rerum humanarum solvi unicē, & quem professus hactenus, CHRISTO suo associari optavit. Cujus quidem aspectu nunc ille totus fruatur, & undiquaque iis circumfluit gaudiis, quæ nec verbis exprimi possunt, & soli pii sentiunt. Nemo enim admittitur, nisi qui salutarem crucis tessellam secum apportat. Quam qui confregit, ille jus hospitiī ibi non habet. Fuit veræ pietatis studiosus perquam diligens, & veritatis maximè amans erga pauperes benignus Agebat candidè cum omnibus, & nihil minus noverat quām vendere fumos. Nam hodiernas istas artes, quibus mirifice sibi placent nonnulli, versuti magis ac callidi, quām prudentes homines &, quod tantopere audi-

audire cupiunt, Politici, plane detestabatur, & alienas existimabat animi sui ingenuitate, eoq; nomine omnibus charus æstimatus, & omnino dignus cui Præfectura templi Jacobæi committetur, quā etiam summa cū fide ac cura pro viriū suarum portione hactenus administravit. Quod restat, Deum ter optimum rogamus, ut afflictissimam Defuncti conjugem erigat atq; roboret, ut hoc cælitus immisum malum patienti animo ferat, atq; adeo cogitet, non mortem, sed profecitionem esse. Omnes eodem tendimus; & felix, qui sine naufragio ad hunc portum appellit.

Vestrūm verò, CIVES ACADEMICI, est, ut exequiis frequenti officio intersitis. Efferetur ad horam I. postea, & indormitorium suum,

— Portum (ut ille ait) corporis

Ubi, remissâ humanâ vitâ, corpus requiescat à malis,

inferetur. P. P. ad d. III. Junii anno

recuperatæ gratiæ clo lœc LI.

Conventus fiet ad H. I. in ade

S. Jacobo sacra.











stimoniū, laureām Magisterii impe  
Theologiæ studia se totum dedit, at  
nere & sedulo se exercuit, & multū  
Philosophica pariter atq; Theologica  
tām disputando quām concionando  
culenta heic edidit, eaq; tractavit  
liorum plausum facile' consequuntu  
mortuā domum vocatus, & ipse malē  
pit. Cumq; languores & infirmitat  
magis indies magisque augmentum  
consilio medicorum iter aliquod  
gratiā suscipere decrevit. Anno ig  
XLVI. in Poloniam & Borussiam  
lustratis nobilioribus plerisq; urbib  
num tandem se contulit, ut quæ in c  
lo tempore habitu agerentur coram  
servaret. Inde ad nos denuò rediit  
disponente & volente anno clo loc X  
Aprilis, legitimis nuptiis in matrin  
junxit lectissimam & florentissimam  
ANNAM, viri Prudentissimi ac S  
MICHAELIS Laffrenzen/ Senatori  
pub. gravissimi filiam. Quicum hact  
cordiā, eā conjunctione animi vixi  
ptari unquam votis, & non nisi ab al  
laudis conjugibus præstari potest.

A 3

